

1748.

1. Birckenstock, Jo. Petrus, de: De legitimis et suprenis capite ordinis Aurei Velleris ad, Illustrationem artium 13. praehiminarium pacis.
2. Brneckmann, Jo. Georgius, : De filio familias in genere paciscenti, in specie mutuum contrahente et muliere intercedente
3. Heiland, Georgius Franciscus: De investitura circa feuda regalia Comitum ac Baronum et quatenus ea sacri R. Imperii vicariis competat.
4. Schorch, Hieronymus Fredericus l. b. s. (ad Disputationem inang. Caroli Rodi Lehmanni invitat).
5. Schorch, Hieronymus Fredericus . . . l. b. s. (ad Dissertationem inang. Jo. Petri de Birckenstockii invitat).
6. Schorch, Hieronymus Fredericus, Facult. jur. Dec. decann. l. b. s. (ad Disputationem inang. Georgii Francisci Heiland invitat).

7. Schorch, Hieronymus Fredericus, Facult. juris Deca-
mus 1. b. s. (ad Dissertationem inang. Christiani Gottli-
Lerbizii invitat).
8. Schorch, Hieronymus Fredericus, Facult. juris Deca-
mus 1. b. s. (ad Dissertationem inang. Andreæ Henrici
Lerchii invitat).
9. Schorch, Hieronymus Fredericus, Facult. juris Decamus:
1. b. s. (ad Disputationem inang. Henr. Willh. Fridrici
Wenzelii invitat).
10. Schorch, Hieronymus Fredericus, Facult. juris Deca-
mus 1. b. s. (ad Disputationem inang. Fridrici Gustav-
mi Platoffs invitat).
11. Schorchius, Hieronymus Fredericus: De singularibus
jantibus circa inemenda matrimonia principum
et statum imperii.

12. Schorchius, Hieronymus Fidevicus: An petitorium
in foro possessorii finiti, etiam in casu, quo iudex
possessorii finiti simul reus est, moveri debeat?
13. Schorchius, Hieronymus Fidevicus: De appellacionis
effectu tam suspensivo quam devolutivo.
14. Schorchius, Hieronymus Fidevicus: De praecipuis
vasalli iustis circa feuturam.
15. Schorchius, Hieronymus Fidevicus: De efficacia
hypothecae ab emptore ante resignationem
dominii in remta allodiali immobili consti-
tutae.
- 1749.
1. Henricus, Rudolphus Christoph: De conjugis biniubi vel biniubae
et bonis regis non plus capiente quam aliquis liberorum
prioris matrimonii minimam portionem accipientes et l. 6 C.
de secundis nuptiis.

2. Schorch, Hieronymus Fridericus, Facult. juridicae
Decanus l. b. s. (ad Dissertationem ineng. Georgii
Korfferi Thymei inserta).

1750.

3. Schorchius, Hieronymus Fridericus: De jure domini juris
Nethonis aliae, subditos domini juris Nethonis bassae
immediate, et sine hujus requisitione, ad praestandum
juramentum fidelitatis promissorium . . . , nec non
ad omnes in causis criminalibus obvenientes actus
civiles . . .

1750.

1. Brückmann, Dr. Georg: De diversis traditionum realium
eorumque effectibus.

2. Schmetke, Henricus Melchior, Facultatis juridicae Decanus
l. b. s. (ad Dissertationem ineng. Friderici Gottlobi Schenckler
inserta)

1750.

3. Schuetke, Henrico Melchior: De eo, quod iustum est circa probationem mortis absentis.
4. Spitz, Joh. Christophorus l. b. 7. (ad Dissertationem inang. Christoph. Fridenri. Mülleri invidet).
5. Spitz, Joh. Christophorus, Facult. juris deo decanus l. b. 7.
 (ad Dissertationem inang. Fridenri. Alexephi Besseri invidet).
5. Spitz, Dr. Christophorus, Facult. juris deo decanus l. b. 7.
 (ad Dissertationem inang. Fridenri. Alexephi Besseri invidet).
6. Spitz, Dr. Christophorus: De obligatione domini erga vasallum.
7. Stielerus, Eusebius Inuentus: An liceat obsequere in alieno territorio res hereditarias?

1751.


1. Brückmann, J. Georg: De permisso ut insidias vitae structas evitatis.
2. Brückmann, J. Georg: De impossibili Canonico juris deo l. b. De eo, quod circa conditiones impossibiles actibus humanis apponatas iustum est.

1751.

- 3^o ^{Gerhardi} Schwegel, ^{die} ^{conyungens} ^{Fredericus} : ^{De} ^{eo}, ^{quod} ^{justum} ^{est} ^{circa}
3 ^{Prætorum} ^{prædium} ^{feudale} ^{alignantem} .
3 ^{de} ^{Ministerialibus} ^{no. 1101} . ^{De} ^{salubritate} ^{Legatione} .
4. Schwartz, ^{domago} ^{Augustus} ^{Reid} : ^{De} ^{recto} ^{et} ^{legitimo} ^{usu} . 10
^{Decidendi} ^{casus} ^{secundum} ^{argumentum} ^{legis} ^{et} ^{specie} .
^{tim} ^{de} ^{applicatione} ^{legis} ² ^{Pod.} ^{de} ^{rescindenda} ^{sententia} .
5. Spitz, ^{Dr.} ^{Christophorus}, ^{Collegii} ^{juridici} ^{Decanus} . . . 11
^{ad} ^{lect.} ^{cursoriam} . . . ^{et} ^{disputationem} ⁱⁿ ^{ing.} ^a ^{Frederico}
^{Georgio} ^{Gerhardi} . . . ^{habendus} . . . ^{invitet} .
6. Spitz, ^{Dr.} ^{Christophorus}, ^{Facultatis} ^{juridicæ} ^{Decanus} . . .
^{ad} ^{lect.} ^{cursoriam} . . . ^{et} ^{disputationem} ⁱⁿ ^{ing.} ^a . . . 12
^{Francisco} ^{Josepho} ^{Witte} . . . ^{habendus} . . . ^{invitet} .
7. Spitz, ^{Dr.} ^{Christophorus}, ^{Facultatis} ^{juridicæ} ^{Decanus} . . .
^{ad} ^{lect.} ^{cursoriam} . . . ^{et} ^{dis.} ⁱⁿ ^{ing.} . . . ^a ^{Carolo}
^{Gottlob} ^{Koch} . . . ^{habendus} . . . ^{invitet} .
8. Spitz, ^{Dr.} ^{Christoph} : ^{De} ^{natura} ^{et} ^{effectu} ^{constituti}
^{promeritii}

9. Strecken, Com. Wilhelm, Facultatis juridicae Decanus . . .
 ad lect. curs. . . et disc. inaug. . . a Christiano Ludw.
 vico Gertenbergh . . . habendus invitato.
10. Strecken, Com. Wilhelm, De collegiis civibus Francon-
 furtensis, eorumque officiis, juribus et proce-
 daturis.
11. Strecken, Com. Wilhelm, Facult. juridicae Decanus . . .
 ad lect. cursoriam . . . et disc. inaug. . .
 a Christoph. Sigismundo Mullero . . . habendus . . .
 invitato.
12. Strecken, Com. Wilhelm, Facult. juridicae Decanus . . .
 . . . ad lect. cursoriam . . . et disc. inaug. . .
 . . . Dominus August. David Schwarz . . . habendus
 . . . invitato.





24

17

1749

FACULTATIS IURIDICAE
DECANVS,

**HIERONYMVS
FRIDERICVS
SCHORCH, JCTVS,**

255

SACRI PALATII CAESAREI COMES,
MEMORATAE FACULTATIS ASSESSOR ET
PROFESSOR IVRIS PVBLICI ORDIN.
NEC NON CIVITATIS CONSVL
SENIOR,

L. B. S.

ERFORDIAE,

Typis JOH. CHRISTOPHORI HERINGII,
Acad. Typogr.





De successione & iure hereditario efficaciter transigi posse, certissimum est. Plane in *l. 3. pr. § l. 14. D. de Transact.* eiusmodi species proponuntur, ubi inter heredem scriptum & defuncti matrem, inique forsitan & contra officium pietatis praeteritam, ac porro inter heredem testamento institutum & legitimum transactio inita est. Conf. GER. NOODT. *Probabil. L. 2. c. 2. itemque de Paet. § Transact. c. 22.* Sic in *l. 2. § 10. C. eod.* mentio fit transactionis inter fratrem & sororem, nec non inter defuncti filium, & ex demortuo filio nepotes de paterna successione interpositae. Add. *l. 3. § 1. D. eod. § l. 78. V. f. D. ad SC. Trebell.* An vero de controuersis, quae ex testamento proficiscuntur, nondum inspectis, cognitisque verbis testamenti, transigi possit, de eo non vna est Interpretum sententia. Quamuis enim, si heres scriptus tabulas testamenti dolose supprimat, vel coheredes aut legatarios ad ineundam transactionem fraudulenter inducat, transactio citra dubitationem omnem irrita sit: *l. 19. C. de Trans.*

*Transact. l. 9. §. 2. D. eod. BOEHMER. Consult. & Decis. Tom. II Resp. 94. n. 20. Igu. & contra, quamvis eadem iure sustineatur, si transigentes tenorem testamenti aliunde quam ex inspectis tabulis, & quidem certo ac plene, sciuisse comprobentur; WERNHER. P. VII. Obs. 243. BOEHMER. cit. l. II. Resp. 83. n. 11. & Resp. 95. n. 14. atamen, num transactio bona fide facta ex hac sola causa, quod testamentum antea non visum vel cognitum fuerit, infirmetur? maxime ambiguum atque controversum est. Affirmatiuae quippe fauere videtur l. 6. D. de Transact. in qua CAIUS Iustus expresse statuit, neque transigi, neque exquiri veritatem aliter posse, quam inspectis cognitisque verbis testamenti. Sed non desunt Iuris Interpretes, iique doctissimi & humanissimi, qui hoc CAII caput pro fugitiuo habent, idque non tam ad Edictum de pactis conueniens, quam potius ad Edictum de tabulis aperiendis pertinere putant, ac proin *ex l. 1. pr. & §. 1. D. testam. quemadm. aperiunt.* ita explicandum esse contendunt, vt omnibus, tabulas testamenti inspicere vel describere desiderantibus, eius inspiciendi describendique facultas fieri debeat, cum alioquin nec apud iudicem veritas exquiri, nec controuersia transigi commode queat, ex quo euidentissime patere censent, CAIYUM in *alleg. l. 6.* tantum de facto, siue impotentia facti, non vero de iure, siue impotentia iuris, intelligi oportere, praesertim quod nulla lege nulloque edicto comprehensum sit, transactionis placita ideo subsistere non posse, quoniam transigentes, non inspecto ante testamento, bona fide in ea consenserint. Atque hanc sententiam post alios eleganter & copiose tuiti sunt GERKARD. NOODT de *Pact. & Transact. c. 18. & in Iulio**

Paulo c. 7. circa fin. COCCEI. in *Iur. Controv. Civil. Tit. de Transact. qu. 5.* GYNDLING. in *Dissert. de Transact. testamenti tabb. non inspectis c. 3. § 4.* & in *Dissert. de Transact. Stabil. & Instabil. §. 20-25.* vbi simul ad dubia, quae *Zacharias Huberus* contra hanc interpretationem movit, respondet. Quae doctrina vtur à veritate & mente *CAII* haudquaquam aliena esse videatur; negari tamen non potest, contrariam plerorumque *Dd.* sententiam, quod scilicet transactio, de controuersis ex testamento descendentibus, non inspectis prius cognitisque verbis testamenti, facta, ipso iure nulla sit, vsu fori receptam, & per interpretationem saltem vsualem comprobata esse, quod nec ipse *GYNDLINGIVS* in *Cons. ICror. Hallens. T. II. Lib. I. Cons. 151. n. 11.* diffiteretur. *Add. BOEHMER. Consult. & Decis. T. II. Resp. 94. n. 34. sqq. & Resp. 95. n. 12. 13.* *SCHWEDER. in Collect. nou. Consil. Tubing. Tom. VI. Cons. 92. n. 14. sqq. de LVDOLF. Symphor. Consult. & Decis. Forens. Vol. III. Cons. 25. p. 863.* *HERT. Vol. I. Resp. 164. n. 3. squ.* Sed angustia huius pagellae prohibet, quo minus in hunc campum latius iam expandi queamus. Prolixius vero de hoc argumento in lectione, quam vocant, *Curforia occasione l. 6. D. de Transact.* differet

NOBILIS ATQVE CLARISSIMVS

Iurium Candidatus

DOMINVS

GEORGIVS GODOFREDVS

THYMEVS,

qui *Beichlingum*, sedem *Illustrissimorum Comitum*

DE

DE WERTHER patriam accepit, a Patre GERHARDO
WILHELMO THYMEO, cuius cineres usque dum erit
pie venerabitur, *Iurisdictionum Beichlingensium Praefecto,*
& curiae feudalis Dominorum Comitum DE WERTHER Se-
cretario, nec non matre IVLIANA ELISABETHA, e gen-
te HEINISCHIANA oriunda, die 4. NOV. MDCCXVII.
in lucem editus. Primam transegit aetatem, tum cura
praeceptorum priuata vsus, tum Scholam Dondorf-
fianam, Rectore KVHLANDO, itemque Buttstadiensem,
Rectoribus PEVCERO, & POCARO frequentans. Tan-
dem cura pie defuncti Patris inter alumnos Portenses
receptus, debitam bonis literis nauauit operam, & per
quatuor ferme annos, stadiis hisce, singulari cura, atque
inspectione Celeberrimi, Doctissimi que Rectoris FREY-
TAGII, quem hic inter omnes publice laudat, cu-
iusque in se beneficiorum, memoria grato eius ani-
mo nunquam excidet, exercitus, & ad altiora praepa-
ratus, ad Academiam Ienensem se conuertit, ibique
numero ciuium academicorum die XVII. Octobr. Ao.
MDCCXXXVI, Pro-Rectore IOANNE GEORGIO WAL-
CHIO, inscriptus, lectionibus Celeberrimorum Doctissi-
morumque Virorum, REVSCHII, HERTZOGII, KOEH-
LERI, SCHIERSCHMIDII, DITTMARI, SCHAUMBURGII
& STENGERI interfuit. Primis itaque hic loci & Phi-
losofphiae, & Iurisprudentiae iactis fundamentis, Lipsiam
die IV. Mai. MDCCXXXVIII. petiit, & Collegio exa-
minatorio, quod D. GEORGIUS ANDREAS IOACHIMVS
in Menckenii Synopsis Pandectarum tunc temporis
quotannis habebat, per duos annos adfuit, in iure feu-
dali vero ex ore D. IOANNIS GODOFREDI BAVERI, &
D. IOAN. GOTTLIEB SIEGELII pependit, & in Iure Ca-

nonico Praeceptorem sibi elegit THOMASIVM, in criminali vero HOMMELIVM. Quemadmodum itaque omni cura, studio, atque industria eo allaboravit, ne, ut Petroniana habet formula, cruda aliquando studia propelleret in forum; ita theoria iuris bene percepta, statim ad praxin animum appulit, in qua fortunam sic habuit fautricem, ut Dn. CHRISTIANVS GOTTLIEB SCHVLTZIVS, nunc pie defunctus, tunc vero temporis celebris Iuris-Practicus, diuersorum iudiciorum administrator, & supremæ Curiae Lipsiensis Procurator, in domum, & consortium suum eum reciperet, operaque eius, atque auxilio tam in de scribendo, quam etiam, posteaquam ipse ad causas in foro orandas aliquantulum se reddiderat habilem, in concipiendo, & collaborando vteretur. Linqvens tandem Lipsiam, in forum ipse nunc proditurus, examini Illustris Ictorum Ordinis, qui Vitembergae floret, habita prius publica disputatione, quam dicunt pro schedula, *de Scio Velleiano ad Tit. I. Lib. XVI. ex Ludouici Doctrina Pandectarum*, sub praesidio D. HENRICI BROCKES se subiecit, & ex hoc cum benigna censura: *perquam dignus recessit*. Sic denique ad praxin legitimatus, & a Potentissimo Rege & Electore ad hanc in Saxonia Electorali exercendam admissus, causas orauit per aliquot annos Eckartsbergae, atque Friburgi ad Salam, in quo vltimo oppidulo officio Syndici, & Actuarii per duorum fere annorum spatium, pro viribus, perfunctus est, quod vero, a Serenissimo Duce Saxoniae, IOANNE ADOLPHO, pia atque Gloriosissimæ memoriae, ad officium quaestorium, den Nentz-Ante, quod Eckartsbergae est, designatus, resignare iuebatur. Ambobus itaque hisce officis

cis, per interuenientia Gloriosissimi atque Gratiostissimi Principis fata orbarus, tandem, dirigente diuina prouidentia, commendatus est ab amico aestumatisimo Illustriissimo, atque Generosissimo Domino Dn. HENR. OTTONI DE BERLEPSCH, *Summi Prouocationum Senatus Affectori Praesidenti*, & paulo post Excellentissimo Domino, Dn. GEORG. WILLHELMO DE HEERDA, *Serenissimo Duci Vinariensi, & Isenacensi a consiliis intimioribus, rerumque cameralium Directori*, qui ipsi spartam administrationis iuris dictionum SVARVM demandauere, qua huc usque, & dum Deus, & Patroni Gratiostissimi uolent, omni, qua decet, dexteritate perfungitur & in posterum perfungetur. Denique ad supremos in Vtroque Iure honores aspirans desiderium suum Ordini nostro modeste exposuit, atque, vt ad consueta Specimina Inauguralia admitteretur, decenter petiit. Annuit eidem illico Facultas nostra, ac binos ex iure Canonico & Ciuili textus enodandos transmissit, insimulque certam diem Examine Rigoroso praestituit, in quo ad quaestiones propositas adeo erudite respondit, vt omnium applausum meruerit, eique, editis reliquis, quae edenda sunt, Speciminibus, summi, quos appetit, honores ex merito vnanimiter decreti fuerint. Igitur crastina die Lectionem Curso-riam ad l. 6. D. de Transact. à Cathedra publice recitabit, eaque finita Dissertationem Inauguralem

DE

IVRE DOMINI IURISDICTIONIS ALTAE, SVB-
DITOS DOMINI IURISDICTIONIS BASSAE IM-
MEDIATE, ET SINE HVIVS REQUISITIONE,
AD PRAESTANDVM IVRAMENTVM FIDELI-
TATIS PROMISSORIYM, SEV PROMISSIONEM
FIDE-

FIDELITATIS ET OBEDIENTIAE STIPVLATAM,
NEC NON AD OMNES IN CAVSIS CRIMINALI-
BVS OBVENIENTES ACTVS CITANDI

GERMANICE

Von dem Befugniß des Ober-Gerichts-Herrns, die Unterthanen des Erb-Gerichts-Herrns, ohne desselben Requisition zu Leistung des Huldigungs-Eydes, oder Handeschlages, sowohl auch zu allen bey Ober-Gerichts-Fällen vorfallenden Verrichtungen vorzuladen, und die ersiern von ihnen abzunehmen,

contra dissentientes tuebitur. Quibus actibus vt Reuerendissimus & Magnificus Academiae Rector, Patres Conscripti, Proceres ac Ciues praesentia sua celebritatem conciliare non dedignentur, ea, qua par est, observantia atque humanitate contendo. Publ. sub Sigillo Facult. Iurid. d. IX. Febr. A. O. R. MDCCXLIX.



Erfurt, Diss., 1748-51

X 238 7035

ULB Halle

3


006 771 165



VD 78







24

1749

17

FACULTATIS IURIDICAE
DECANVS,
**HIERONYMVS
FRIDERICVS
SCHORCH, JCVS,**
SACRI PALATII CAESAREI COMES,
MEMORATAE FACULTATIS ASSESSOR ET
PROFESSOR IVRIS PVBLICI ORDIN.
NEC NON CIVITATIS CONSVL
SENIOR,
L. B. S.

ERFORDIAE,
Typis JOH. CHRISTOPHORI HERINGII,
Acad. Typogr.

